INCIP LIBER X.

NON EST AMBIGUUM OMNEM HUMANI ELOQUII SERMONEM · dissentientib;
contradictioni obnoxium semper fuisse. quia dissidentibus volun
tatum motibus. dissentiens quoque sit sensus animorum. cum
adversantium iudiciorum adfectionem conpugnans. adsertionibus his quibus
offenditur contradicit. quamvis enim omne dictum veri ratione perfectum
sit. tamen dum aliud aliis aut videtur aut conplacet. patet veritatis sermo
adversantium responsioni. quia contra veritatem aut non intellecta.
aut offendentem. vel stulte vel otiose voluntatis error obnititur. In mode
rata enim est omnis susceptarum voluntatum pertinacia. et indeflexo
motu adversandi studium persistit. ubi non rationi voluntas subicitur. nec
studium doctrinae inpenditur. sed his quae volumus rationem conquirimus.
et his quib; studemus. doctrinam coaptamus. iamque nominis potius quam na
turae erit doctrina quae fingitur. et non iam veri manebit ratio. sed placitā
quam sibi voluntas magis ad defensionē placentium captaverit. non que vo
luntatis instinctum per intellegentiam veri rationabilis incitavit. per haec
igitur vitio studiosarum voluntatum. omnes adversantium intentionum
emergunt contradictiones. et inter veri adsertionem. et placentis defensionē.
pertinax pugna est. dum se et veritas tenet. et tuetur voluntas. ceterum si non
praeiret rationem voluntas. sed per veri intellegentiam ad velle id quod
verum est moveretur. numquam doctrina de voluntate quaereretur. si volun
tatem omnem doctrinae ratio commoveret. esset que omnis sine contradic
tione veritatis sermo. cum unusquisque non quod vellet id verum esse defen
deret. sed quod verum est id velle coepisset. harum itaque vitiosarum volun
tatum non ignarus apostolus. inter multa contestandae fidei et praedican
di verbi praecepta. ad thimotheum scribens ait. erit tempus cum sanam 2. Tim: 4.
doctrinam non sustinebunt. sed ad sua desideria coacervabunt sibi magis
tros. prurientes auribus et aviditate quidem auditum avertentes. ad fabu
las autem convertentur. ubi enim per impietatis studium extra sanae
doctrinae patientiam erunt. tunc his quae desiderant coacervabunt.
magistros.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BRITISH LIBRARY
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991